Elsner, Chr. Joh. Henry
Königsberg i/Pr.

DE INCERTI IN ARTE MEDICA FONTE

Differtatio inauguralis medica

Quam

Confentiente

Facultate medica ampliffima

pro gradu Doctoris

rite impetrando

publice defendet

d. III. Octbr. MDCCLXXXXVIIII

H. L. Q. C.

Auctor

CHRISTOPH. IOANN. HENR. ELSNER

Bartenftein-Boruffus.

Regiomonti

Typis Hartungianis.

Noui motus contra praxin excitati ſunt a tot nouis Philoſophiis hoc ſeculo excogitatis, — — quarum conditores et horum aſſeclae, cum medicinam ne ſalutarint quidem vnquam, eidem tamen ſe immiſcere, et de morborum hiſtoria per ſpeculationum inſtituta iudicare non dubitarunt. Horum exemplo medici, facti omnino philoſophi (ab abſtractae ſapientiae tranquillitate allecti) praxin medicam, quae lectulos aegrorum vix ac ne vix quidem deſerere poteſt, in philoſophiam contentioſam conuerterunt.

Baglivi praxis medica
L. I. Cap. X. §. IV.

Argumenta opponent

HENR. ERNEST. CAROL.

LAVBMEYER

Regiomont.-Borussus

CAROL. GVILIELM. GEORG.

REVSCH

Regiomont.-Borussus

Medicinae Candidati

et

GEORG. ALBERT. FERDIN.

liber Baro ab HOVERBECK

Rastenburgo-Borussus.

PRAEFATIO.

Prudenter facere medicinae praeceptores videmus, qui animis tironum iuuenilibus iisque mobilibus, quae vel in arte desiderentur vel dubia et manca adsint, intempestiue aperire dubitant, ne quae est iuuenilis leuitas infirmitasque iudicii omnia promiscue damnentur atque abiiciantur. Ideoque vt magis praeparatas habeant id agere, vt mentibus rerum ignaris et rudibus eam ante omnia, quae a CICERONE *supellex*

lex nominatur, tradant materiam et rerum copiam, provectiores autem atque firmiores quae magis ſuſpenſa atque in ancipiti ſunt non celent, quo id efficitur vt qui iam exploratis niti poſſunt, ex ambiguis atque incertis facilius ſeſe expediant et extricent.

Dum autem ego ſtudio medico accingerer id erat curae, vt quae a praeceptoribus animo aequo tradita eſſent, bona fidè acciperem. Nil diffidens et arti et praeceptoribus Berolinum ſum profectus, vbi cum in Noſocomio regio caritatis per nouem menſes ſubchirurgi munere fungerer, inter aegrotos verſari et officium et voluntas erat. Sed, vt fit in Noſocomiis publicis,

cis, cum morborum chronicorum eorumque inueteratorum maximus numerus esset, in quibus omni cura exhausta parum profecisse videbam, taeduit artis incertae inopisque auxilii, quam praeterea cum eam deprehenderem, quae minime prout aliae artes scientiaeque virtute sua et functione sed euentu atque successu iudicetur, deserendam apud animum constitui, ne dolo malo qui simulatione continetur deciperem alios, nec ipse ab artis ignaris temere censerer. Re tamen perpensa perspexi hoc omnibus artibus esse commune quae coram populo et palam exercentur vti propterea arti militari et politicae, vt de infelici vel felici proelii exitu, de republica stante vel

labante, de aegroto mortuo vel restituto vnusquisque iudicium vsurpet) quamuis artis solummodo periti sit discernere vtrum res sit casus an consilii. Quod autem ad incertitudinem ipsam attinet est in arte ipsa quod offendebat, ex qua propterea solum, quasi ex fonte, petenda vel confirmatio vel refutatio. Quae inueni sequentia sunt.*

*) Scita ZIMMERMANNI (Von der Erfahrung in der A. K. T. II. B. IV. Cap. I.) ingenii ducis, viri politici et medici comparatio sic quoque de eorum sorte valet.

§. I.

Artis medicae exercitium vti prae aliis artibus conſpicuum eſt, ita medicus ipſe perſona publica habetur. Vnicuique autem cum id ante omnia curae ſit, vt ſanitatem tueatur, morbumque auertat, rem medicam, quae valetudini proſpiciat, ſi ab omnibus obſeruatam et fere cuſtoditam videmus, non eſt quod miremur. Accedit eorum qui ex morbo euaſere iudicandi confidentia, quibus interponendi atque immiſcendi ſe rebus medicis, quaſi notis copiam dedit, quam cum morbo contraxerant, familiaritas. Quae cum perpendimus, quid mirum ſi de medicis et medicina aſſeueranter quisque pronuntiat? Proprium igitur et fere inſitum artis exercitio, vt quod palam fiat palam diiudicetur. Si quis igitur morte repentina, medico non opinante, abripitur, vel relictus a medico reſtituitur, ſi venter tumefactus, qui Aſcites habitus obſtinate diureticis oppugnabatur, partu

 ſol-

ſoluitur (vbi aqua quidem emittitur, ſed alius generis nempe liquor Amnii) nemo qui haec perſtringat vituperabitur. Neminem tamen videmus, qui hoc arti ipſi imputaret. Incogitantia vel imperitia medici accuſatur, et ab illis ipſis qui artem eſſe negant. Quid autem ſi conſtare ſibi vellent, qui artem medicam eſſe incertam contendunt, nonne etiam haec arti incertae adſcribenda videntur? Medicum igitur quid in morbis poſſe, negari ſimulque tamen ab illo deſiderari poteſt, vt, qui in phaenomenis morborum ſemper verſatur, ſaltem quid vnumquodque ſignificet perſpectum habeat, nec in Prognoſi erret; ſic vt in exemplis modo dictis maneamus, mortem praedicendi ſagacitas, vſu ſaepiſſime, vti in aegrotantium cuſtodibus videmus, colligitur, grauiditatisque prouectioris, quamuis celatae, ea ſemper ſigna ſunt, vt raro quibus vtitur grauida, ita fallantur qui nil ſuſpicentur.

§. 2.

Videntur igitur ex his quae attulimus, homines, ſi res medicas anquirant, non iniuſto facere, cum et illorum res et ſalus agatur, multaque accidant, de quibus exiſtimare cuique licet. Factum autem eſt, vt, cum hanc rem ad ſe referre intelligerent de qua autumare poſſent, recen-

ſendo

ſendo non contenti, cenſere non dubitauerint. Semper igitur cum medicis et de medicina ipſa iudicauere homines. Videre tamen eſt, cum medicinam ipſam non aggreſſi, artis naturam neque perſpectam haberent, neque noſſent, ex medicis medicinam eſſe iudicatam. Opinionum igitur diuerſitatem, medicorum diſſidium, eiusdemque morbi naturam a medicis diuerſis diuerſe explicatam cum animaduerterent, medicamentaque alia obſoleſcere, innouari alia cum cernerent, quid mirum, ſi fundamento parum ſolido niti medicinam iudicarent! Et recte argumentatum eſt: quamuis enim artis ipſius naturam examinatam non haberent, tamen cum apud aegrotorum lectulos, medicorum de morbi natura diſſenſionem obſeruandi ſaepius daretur occaſio, recte collegiſſe videntur, ſi diſſenſioni de morbi natura, ignorantiam eius aut ſaltem incertitudinem ſubeſſe aliquam, putarunt. Non iniuria igitur, ſi ita rem ſpectas, incertitudinis medicina accuſatur. Verum enim vero hic non conſtiterunt homines, ſed magis immiſcere ſeſe, nil certi in medicina ſtatuere, ſuamque haud cunctanter proferre ſententiam non dubitant, qui tamen, cum ambitum atque naturam artis ignorant, atque ex iſtis argumenta deſumere nequeunt, iis quae arti externa ſunt inſiſtunt, externaque ſpecie ducuntur. Ideoque vt vera vitu-

 peria

peria falſis commiſta ſint, factum. Errores igitur qui in arte coniecturali difficilius euitantur, eaque omnia quae aut incuria fudit, aut parum cavet natura humana, ſi arti ipſi vitio vertuntur — porro conſultationes cum altercationibus et rixis, mutua medicorum inuidia et detrectatio, ſcholaſticis, ſemigraeculis vocibus ad oſtentationem ſermocinatio, quae locum quidem deriſui praebent, ſi arti exprobrantur, quis paululum attentus non videt, fidem ſuſpectam artificis illic arti crimini datam, hic autem ab irriſis medicorum erroribus maculam arti ipſi non illatam; ſi praue enim quae ars recte praecipit intelliguntur, maleque quae praeſcribit adhibentur, nulla hic artis culpa eſt: vel ſi quos indecore ſe gerendo medicos rideri aut contemni cernimus, qui poteſt medicina ipſa inquinari, cum prudentia medica facile id euitare potuiſſent.

§. 3.

De his igitur omnibus, quae quamuis arti obiecta, artem tamen ipſam non ſpectant, ſermo non erit. Negandum tamen non eſt, delictorum illorum quaedam ex artis natura ita manare, vt, quae medicorum quidem culpa augentur, ex arte tamen ipſa proficiſcantur v. c. diuerſae medicorum opiniones apud aegroti lectum in contume-

liofas

liosas rixas degenerantes, ex incertitudine morbi ipsius, vt supra iam innuimus, oriri debent. Propriis igitur vitiis laborat medicina suis, quae tamen vt vidimus, non satis ab iis separantur, quos medici ipsi committunt errores. Hanc proportionem autem, quatenus vitia artis naturae inhaerentia, cum artificum erroribus cohaereant, quamuis satis dilucidatam non video, examinandam tamen mihi non sumsi, sed eam ipsius artis conditionem, ex qua vitia illa profluant, quae a medicis non ignorata, publico visibilia, satis inquisita tamen non sunt. Ea enim medicorum ambiguitas, vt prout homines in tenebris omnia confuse palpent et pertentent, illorum inconstantia vbi quod modo manibus arreptum dimittitur, si quid noui praesto est, quo magis niti posse confisi sunt, eaque quousque ire possent dubitatio, non singulorum de singulo discrepationes, sed diuersissima systemata non solum diuersis sed iisdem temporibus, theoriarum innouationes et ad illas, Praxeos accomodatio a) eius generis sunt, vt exi-

 guam

a) Non inficiendum Praxin quidem, si primam, quam praebet speciem obiter adspicimus, ad cuiusque temporis theorias sese accomodasse, quam tamen si accuratius obseruamus plane aliter se praebentem inueniemus. Cui quidem rei quae ratio subsit cum infra exponemus, hic saltem moneri sufficiat, morbos curandi ex theo-

guam certitudinis opinionem excitent. His enim ſi aut ſingulatim perpendis inſiſtitur, aut ſi omnia comprehenduntur et computantur, nunc vero in ſingulis inconſtantia ac in omnibus repugnantia deprehenditur. quid mirum, ſi artis medicae exercitium, cui nec rati nec conſilii quid ſubeſſe videtur, mera res ſortis atque caſus iudicatur? Dum autem hic argumentando et ratiocinando certi, firmi, fixi quid artis exercitio ineſſe negatur, idque vllius expers fundamenti et ſibi naturaeque, et caſui committere aegrotum affir-

theoria temporaria methodum, quae nimium inualuit, ex medicorum erroribus (quos autem neque ad artem neque ad nos pertinère ſupra [illegible]. Fuerunt nempe [illegible] atque [illegible]) conſtitutam theoriam amplexi ſunt, feſtinatione [illegible] ad illam omnia [illegible], obcoecati nil aliud vident, et ſi quae ſunt quae illi exacte non reſpondeant, miris tamen modis ad eam detorquent et ſufferciunt. Quam autem iſta horum virorum feſtinata temeritas vituperanda ſit, ex illo liquet, quod ſinguli morbi ab optimis cuiusque temporis [illegible] eadem methodo [illegible] curati. De ſingulis loquor. nam morbi [illegible] diuerſis temporibus [illegible] methodum, alexipharmacam, antiphlogiſticam, gaſtricam, nunc autem ob neruorum infirmitatem, methodum excitantem aut ſi mauis, cum morborum aſthenicorum [illegible], Brownianam, quo quidem [illegible] a practicantibus Brownii ſyſtema intelligi ſolet.

affirmatur, eam in altera parte aegrotantis fidentiam obſeruamus, qua non ductus rationibus, ſed pulſus impetu, non ad medicos, diffidentia animi exſpectantis et timentis, ſed ad medicinam quae ſanitatem promittit, firma animi confiſione confugit. b) Quid autem? Nonne ſaepius internum illud, quod nec explicare nec nominare valemus, optimus dux?

Medicorum, qui hac de re diuerſe ſentiunt, duo genera ſunt, quorum alteri Dogmatiſmi craſſo pallio inuoluti, nulla dubitatione vincuntur, ſibi ipſis ſufficiunt, rerumque ſuarum ſatagunt. Pii hi ſunt et fidi, qui in Orthodoxia acquieſcunt, in certitudine artis fiduciam ponunt, dubitationes non ſta-

b) Der Menſch, welcher leidet, will Linderung haben; er will es, aber nicht nach ſorgfältig erwogenen Vorſchriften des Raſonnements, ſondern nach dem unwiderſtehlichen Antriebe des Inſtinkts. — Daher jener allgemeine Glaube an die Arzneiwiſſenſchaft, ſtärker und an Aberglauben grenzend, was man auch davon ſagen mag, bei dem Armen und Unwiſſenden, als bei dem Wohlhabenden und jenem deſſen Geiſt Ausbildung erhalten konnte. Cabanis über den möglichen Grad der Gewisheit in der Arzneiwiſſenſchaft. Aus dem Franzöſ. von Ayrer, 1799. S. 180. —— Hac autem in re rationem poſitam eſſe indicamus, quare medici et foeminae, ſi irridentur non aegre ferunt quippe perſuaſum ambobus eſt, nihilominus ſuperſedere iis homines non poſſe.

ſtatuendas eſſe cenſent, illosque, qui ab antiqua formula et dogmate diſſentiunt, haereticos proclamant. Alteri vero de artis ſuae interna praeſtantia non ita confirmati, vt omnes dubitationes excludant, cum iis omnibus quae ſupra nominauimus artis vitiis mouentur, eoque facilius qui, quod officii ratio poſcit vt arti exercendae incumbant, et ambitum et ſingulas eius partes magis perſpecta habere debent, ad Scepticiſmum delabuntur, multaque medicinae ineſſe ambigua, incerta intelligunt. Quorum alii calidi magis et feruidi, cum iis, quae artem premunt, vitiis occurrere ſummam operam dederint, multaque mouerint, ſed nil promouiſſe ſenſerint, defatigati tandem, ſpe tam ſaepe fruſtrata, a contentionibus inutilibus, viribusque conſumtis in certamine vago et fortuito, deferueſcente ingenii impetu in tentamine lucem hic affundendi tenebris irrito, nil vtique in medicina certi ſtatuunt, eamque, quae et pernicioſiſſima aliis et in ſe foediſſima eſt, Adiaphoriam inducunt. Horum ſolummodo ſi laudandos, non ſolum certam medicinae fidem ſed certitudinem conciliandi conatus, quamuis irritos ſpectes, poteſt intelligi, quam iniuſto medici exprobrantur, qui vanam atque inanem eſſe medicinam probe ſcientes, impoſtura ſolum ſuo lucro ſtudeant, mendaciisque homines fallant.

lant. c) Sic Agrippa: d) "magnae praeſtan-
"tiae medicus eſt —— cui remota patria, vel
"longa peregrinatio, vel ad fallendum efficaciſſi-
"ma frontis impudentia, magnorumque remedio-
"rum conſtans inconcuſſis mendaciis iactantia,
"authoritatem, famam, fidemque conciliarunt.
Sed ſunt in altera parte viri probi, medicique
ingenioſiſſimi, qui ea, quibus ars laborat vitiis,
cog-

c) Girtanner (Darſtellung des Browniſchen Sy-
ſtems. II. B. S. 669.) ex Cicer. de diuinat., Ca-
tonis illud qui mirari ſe aiebat quod non ride-
ret haruſpex, haruſpicem quum vidiſſet, de
medicis quoque apud aegroti lectum dici poſſe,
contendit. Quid? quaeramus: Si haec ita ſint,
vt de aegroto decepto in ſinu gaudeant me-
dici, nonne vnquam hi, quod nouiſſimis tem-
poribus in Francogallia (ante Robespierrii ne-
fandum imperium eiusque de ſummi numinis
exiſtentia decretum) a clericis factum vidimus,
qui coram et publice, populo ſeſe ſemper im-
poſuiſſe ſincere declarabant, erunt imitaturi?
Non factum iri videtur; habere enim medici-
nam quibus inſiſtat, quae teneat infra monſtra-
bitur. Sed alium Ciceronis locum afferre lice-
at: "Non id eſt celare, dicit, quicquid reticeas:
"ſed cum quod tu ſcias, id ignorare emolumen-
"ti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire.
"Hoc autem celandi genus quale ſit et cuius ho-
"minis quis non videt? certe non aperti, non
"ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri
"boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis,
"malitioſi, callidi, veteratoris, vafri." De do-
lo malo non de reticentia loquitur.

d) Cornel. Agrippa ab Nettesheym de incertitudi-
ne et vanitate ſcientiarum Cap. LXXXIII.

cognouerunt semper, neglexerunt nunquam. at studio et fide id enisi sunt, vt eam quam sibi elegere artem, etiam quantum potuerunt, perfectam atque numeris absolutam redderent. Quos cum non satis profecisse videmus, vt dubia cumulerint, idque semper perstitit incertum iudicii, minus in re ipsa, quam in illorum virorum conatibus satis idonee non institutis rationem positam esse iudicamus. Quam autem rem quamuis pro dignitate sua nondum examinatam declaramus, non sumimus tamen nobis, qui examinandam eam elegimus, vt celeberrimis illis viris nos anteponamus, sed recensere potius pro iuuenilis studii methodo historica, quam censere auderemus, nisi fulti horum virorum laboribus, perspectoque eorum propriae disquisitionis studio, persuasum haberemus, esse melius factum, ex proprio penu quamuis tenuissima proferre, quam molesta rerum iam dictarum repetitione, grauissima sexcenties decantare.

§. 4.

Totius autem rei, vt quae sit artis vitiosa ratio et cognoscamus et diiudicemus cardo est naturae et indolis artis percunctatio, quae cum eo, quod propositum mihi est arctissime cohaeret, illique ita subuenit, vt tota de certi in arte medica

dica genere quaeſtio ex eius exploratione ſolum ſolui poſſit. Si itaque, quod in hac re grauiſſimi eſt momenti, in artis indole inueſtiganda nimium laboris conſumpſiſſe forte videbimur, vt nobis condonetur rogamus.

Medicinam attente ſi obſeruamus in duas nunc diductam partes, easque diuerſiſſimas atque heterogeneas inuenimus, quarum altera eſt, quae exercitio continetur, altera quae formam artis ſcientificam complectitur. e) Illam Praxin, hanc Theoriam nominare licebit, quamuis probe ſcimus vt nunc colitur medicina, aliam eſſe horum vocabulorum vim et ſenſum, ita vt praxis nil aliud eſſe videatur niſi ad vſum collata theoria. Contrario huic opinioni receptae, quae ambabus vnam eandemque baſin ſubeſſe putat, diuerſo et plane alio fundamento nituntur. Praxeos enim ſ. Medicinae exercitii conceptus ſi euoluitur, quique is deprehenditur, vt in eo laboret praxis, quae aegrotos in ſanitatem reſtituat, artis ſanandi conceptu ea comprehendi cernitur, qua autem re fixis et ſtabilitis ſinibus circumſcripta eſt. Si nempe ad ſanandi conceptum redimus idque moliri reperimus, vt ſtatus morboſus in ſanum ope atque

e) Scire tamen conuenit nullam huiusmodi apud priscos graecos medicinae in ſpeculatiuam et practicam fuiſſe ſubdiuiſionem.

atque consilio immutetur, patet, datum (Aufgabe) hic aliquid esse, quod ad effectum perducatur. Cum autem in eo technica ratio consistat, vt ad adipiscendum scopum quendam ex regulis praescriptis agatur, medicinae exercitium, quod vt finem suum datum attingat, datis vtitur mediis, artem esse perspicimus, simulque intelligimus eam quae vulgo practica nominatur, nil aliud nisi τεχνην esse posse. Quae cum ita sint, sequitur τεχνης etiam naturam in eo seruare medicinae exercitium, quod tantum absit vt primis principiis fulciatur, vt potius ea negligat, sed iis innitatur principiis proximis s. domesticis ([illegible]) s. veritatibus singulis (*Certitudes pratiques* apud CABANIS) quas longa obseruationum serie ita comprobauit experientia, vt in illis sat fidis acquiescat, neque id curet, quomodo altius peti possent, vel a principiis summis pendeant. f)

Contra theoriae medicae si perscrutamur naturam, plane aliam suique iuris atque a Praxi toto coelo discrepantem deprehendimus. Pars enim Physicae s. Philosophiae naturalis s. empiricae, quae

f) "Nil magis in arte nostra opportunum est "quam noua inuestigare in dies praeceptorum "genera s. sententias quasdam longo vsu et "multiplici confirmatas experientia, diagnosin, "prognosin, curationemque morborum spec-"tantes." BAGLIV l. c. L. 1. Cap. XIII. §. 1.

quae peculiare fibi hominem de quo quaerat, obiectum ftatuit, fcientia eft de homine phyfico. Huius igitur quantum poteft hiftoriam abfolutam, perfectam, atque integram profert. Quae igitur cum Scientiae naturalis pars fit ac vnam ex rerum naturalium innumerabili copia, hominem nempe de quo agat fibi delegerit, eandem quoque quam in illa obferuamus tractandi methodum, legesque fibi vindicat. Quare cum fcientia naturalis f. quae a Illuft. KANT g) diftinctius nominatur Phyfiologia (Naturlehre) in genere iis inhaereat, vt hiftorica eius pars, (hiftorifche Naturlehre) res naturales vt funt atque apparent defcribat (Naturbefchreibung) vel quid in illis euenire cernitur referat (Naturgefchichte) pars autem fcientifica (Naturwiffenfchaft) leges inquirat, haec in theoria medicinae quam Phyfiologiam hominis (Naturlehre des Menfchen) nominare fatius effet, deprehendantur neceffe eft. Phyfiologiae iccirco hiftorica pars Anthropographia, quae Anatomiam comprehendit, et Anthropohiftoria, quae Phyfiologiam et Pathologiam h) vulgo ita nominatas com-

g) KANT's metaphyfifche Anfangsgründe der Naturwiffenfchaft. Vorrede S. IV.

h) Et fi nobis quae de Anatomia et Phyfiologia diximus, concedantur, de Pathologia tamen dici poffe forfan dubitabitur, quippe quae fecundum

complectitur, altera vero pars Anthroponomia, vel quae vitae animalis in genere leges inquirit, Zoonomia continetur. Propterea cum in Theoria nil aliud agitur, nisi vt homo physicus, qui sit, quid in illo fieri obseruetur, et ex quibus legibus hoc fiat, pernoscatur, cerni potest, a Praxi, quae hominem aegrotum sibi vindicat sed ea ratione vt eius non intersit, statum morbosum nosse (quod ad Physiologiam hominis pertinet) sed in sanum non ex legibus physicis, sed ex regu-

eundem omnium temporum opinionem, Praxeos fundamentum semper fuit. a qua sola possent edoceri homines qui status alienatus in sanum reducendus sit, cum quid mutationis subsit si nescias, in restituendo nunquam proficere possis. De eo, an status internus alienatus cognosci possit, et quid, si cognitum habere putes, in Praxi valeat, infra mihi sermo erit. Morbosus autem status, quem Pathologia tractat, cum praeternaturalis non dici potest, qui a rebus naturalibus efficitur, rerumque et caussarum praegressarum summa (Resultat) cum non legum inuersione, sed iisdem legibus permanentibus, nunc qui est enasit, eodem iure ac status sanus ad Physiologiam hominis refertur. Huius igitur inter statum morbosum et sanum nulla distinctio sed medici cuius interest. Sed et ingeniosus Darwin in morbis ac sanitate corpus iisdem legibus regi intelligens, Physiologiam et Pathologiam nomine Zoonomiae (empiricae) tractauit. Conf. Wilmans Ueber medicinische Kunst und ihre Methodologie in Reil's Archiv f. Physiol. B, III. H. II. S. 216.

regulis plurium casuum obseruatione abstractis, (quod τεχνης est) restituere — a Praxi dico s. arte sanandi toto coelo discrepare theoriam s. Physiologiam hominis. Quare vti Anatomiam, Physiologiam (sensu antiquo) Pathologiam ad Theoriam referendas censemus, sic Semioticam ad Praxin pertinere iudicamus, quippe quae, cum in morbis quid phaenomena significent indicet, quatenus nempe ex illis de morbo vel ingrauescente vel imminuto iudicium ferri possit, eo consilio vt nunc exinde quid faciendum sit indicationes desumantur, non meram phaenomenorum cognitionem exhibet, sed quae ad sanandi scopum pertinet, technicum illud inuoluit.

Ea autem quam modo indicaui harum duarum partium diuersa natura atque ratio nunquam fere est satis perspecta. Ambas nempe quarum vtraque peculiarem occupat fundum, cum ad vnam normam atque rationem diiudicarent medici, finesque terminosque constitutos peruerterent, et Praxi aliunde petita immiscere eiusque corrumpere naturam simplicem, et sibi ipsis non constare multumque negotii praeter rem facessere medicos oportebat. Factum enim est vt his qui aegrotos sanandos sibi sumsissent, vbi corpus humanum videbatur in quo versarentur, eius inquirendi non solum permissa sed fere demandata sit

po-

poteſtas. Propterea a medicis ſemper fereque ſolis corpus humanum phyſice eſt exploratum. Quibus tamen cum id potiſſimum propoſitum eſſet vt aegrotos ſanarent, factum exinde videmus, vt de homine phyſico nil quaererent niſi quod ad ſanationem conferre putarent, aut ſi quae inuenerint ad illam ſtatim referrent. Phyſica igitur hominis exploratio nunquam pro rei dignitate eſt inſtituta, vtpote quae ſui iuris eſt, alii nempe arti ſanandi ſemper ſubiecta fuit; attamen huic ipſi iſtud magis adhuc obfuit. In quo enim inter ſe differunt cum non ſatis perſpectum haberent medici, ab illo quem ſupra conſtituimus Praxeos conceptu deflectentes, quae de corporis humani phaenomenis, functionibus etc. ex hypotheſi phyſica forte cenſebant in Praxin ita tranſtulerunt vt nunc agendi faciendique indicationem praeberent. i) Eorum artem quae in hac valent ad technicam partem accomodatio omnium, quae artem pre-

i) "Haec haereſis cum circa voces potius, quam "circa res ipſas verſetur, naturalis philoſophiae "fateor non infima pars eſt, medendis tamen "aegrotis non admodum neceſſaria ne dicam "vel pernicioſa vt quae hominum ſalutem, ſani- "tatemque ad contorta quaedam ſophiſmata re- "legat potius, quam ad ſincera, quibus mor- "bis mederi poſſit, medicamina, et ſcholaſticis "ſyllogismis occupata, ſollicitudinum et ſal- "tuum hortorumque neſcia, ignorat herbas et "medicinam. Agrippa l. c. Cap. LXXXII.

premunt vitia, fons. Inuerſis enim, qui artem a ſcientia ſeparant, terminis, omnia ruunt et ſic inſtabilis tellus, innabilis vnda. Inde medicorum fluctuatio, nimia deſideria, exſpectationum fruſtrationes — hinc illa quae omnibus temporibus medicinam notauere ex hypotheſibus curatio ex opinionum viciſſitudine varians, diſſenſiones de hypotheſibus non congruis, variae de medicaminum in corpus humanum efficacia opiniones etc. et quod inde ſequitur, ea incerti facies quam Medicinae exercitium ſ. Praxis praebet.

§. 5.

Id itaque quod de Praxeos ſphaera dictum eſt ſupra, illius conceptum ſic conſtituit quidem vt eius naturam intelligere, ſimulque obſeruare poſſimus, qui, ſi ab illa aberretur, in hac ipſa re oriantur errores: reſtat tamen vt vberius quod diximus explanemus, quaeque, dum conceptum euoluimus, reperta ſint a nobis, et ita ſe habere factis ex experientia deſumtis comprobrentur.

Ex vitae fugacis dulcedine et prorogationem vitae cupiunt, et amaritudinem timent homines. Vt illud quantum poſſint promoueant, hoc euitent vel amoueant interno impetu pelluntur. Is vero, in quo eſt corpus conturbatum, ſtatus morboſus vt in oculos cadit, ſic etiam moleſte

 fer-

fertur, quo liberari vel leuari quisque cupit. Haec origo medicinae. Solicite enim, si quis morbo correptus vel assumpsit aliquid vel abstinuit, quae exinde orta est vel exacerbatio, vel leuamen obseruabatur, quod si pluries confirmabatur eodem euentu, notabatur: "haec similiaque "autem cum quotidie inciderent, diligentes ho-"mines notauere, quae plerumque melius re-"spondereut; deinde aegrotantibus ea praecipere "coeperunt. Sic medicina orta subinde aliorum "salute, aliorum interitu, perniciosa discernens "a salutaribus." k) Homines igitur primo ex casuum similium exspectatione tentasse aliquid vel abstinuisse videmus, quam autem methodum non tempore primam solum inuenimus sed etiam originariam, vtpote quae ex artis indole proficiscatur. Medicinae enim exercitium, quod cum technicum supra constituimus, regulas non a ratione datas atque determinatas e quibus ad singulas partes deduci possit, sed casu vel obseruatione repertas habere potest. Empirica itaque et technica Praxeos natura. Vti igitur eius quod technicum est scopus s. finis corpus morbosum sanandum exhibet, sic quae est eius empirica ratio simpliciter iis, quae reperta sunt, vtitur. Fixis ideo his finibus est stabilita Praxeos sphaera et fundus. Illa igitur quae

k) Celsus de Medicina. in praefat.

quae primitus obferuatur ex fimilium exfpectatione agendi methodus, non vt putant, in primae originis Praxeos tenuitate fed in eius natura eft fita. Auctis autem deinde cum morbis medicaminum numeris, ortaque maiori rerum veritatumque comprobatarum multitudine, fecurior aliquantum medicina euafit atque fidentior, et pro ea quae et brutorum eft, exfpectatione fimilium, fubftitutae funt analogia et inductio. Quibus tamen, fi recte obferuamus, illa fimilium obfervatio fubeft, ita vt, fi ex ratiocinatione concludatur, ex iis quae in fenfus incurrunt, non ex ignotis et abftractis hoc fiat. Quocirca analogiae et inductionis ratiocinium in medicina practica, exfpectationem fimilium fidentiorem nominare non dubitamus. Ab his igitur, quamuis in Praxi inualuere, mutata effe eius natura non dici poteft, quippe quae pro ambagibus viae antiquae compendia quaedam induxerunt, quibus citius, quo tendis, venire poffis. Non magis genuinum artis exercitium fundamento alio vnquam nitebatur. Cui quidem, natura eius vel falfo intellecta vel praue iudicata, quamuis faepius principia externa praepoftere fint immixta, vt quae inde orta eft perturbatio arti tumultus atque errores, aegrotantibus autem detrimentum intulerit faciemque Praxeos haud raro immutarit, in-

 dolem

dolem tamen ipſam inuertere nil potens erat. Eſt enim cuiuscunque artis natura eius generis vt ſibi conſtet, neque vllo modo in contrariam verti poſſit. quam nempe ſi immutare poſſis, plane aliam haberes non ſolum mutatam. Quare cum e natura ſua ars egredi non poſſit, quicquid labores aliam illi inducere formam, ſemper reluctabitur. Mathematicam ſane crederes ſcientias iſtas empiricas, quae eam admittunt, potuiſſe erigere atque ad ſe extollere. Terrenae tamen, vt ita dicam, retinuerunt originis naturam. Empirica enim conditio tractationi mathematicae tam parum ceſſit, vt in omnibus his Hydroſtatica, Mechanica, Architectonica etc. ad experientiam ſemper ſit recurrendum, calculique computatio cum illa comparanda, quod vero methodo demonſtratiuae Mathematices maxime repugnat. Vti igitur et in tractatione illarum mathematica ad empirica deſcendendum eſt, horum leges perſcrutandae, frictio aliaque huius generis quid valeant obſeruanda, ne his parum attentis methodus demonſtratiua propoſito ſuo excidat, machinaeque ſubſiſtant — pari modo Praxeos indoles ſeruata ſemper eſt, ita omnibus, quae de ea iactatae ſunt, emendationibus obnixa, vt parum attentus quis niſus eius antiquamque naturam facile deprehendat. Cuius autem rei quaedam interdum exempla

conſpicua praebentur, vt quae fere ſuppreſſa fuit ſeſe erigat locumque priſtinum occupet Praxeos natura. Videmus enim quantumuis in morbis iam notis fiduciae, certitudinis ſeſe adeptos putent medici, ſi quis nouus irruit morbus, trepidare illos, ſibique et morbo non conſulere poſſe, vbi nunc, ſi quae de ſcientia iactent praedicentque, ita ſe haberent, ex theoriarum penu aliquid excogitandum eſſet, quod et noui morbi naturam explicaret, medicaminaque eius naturae apta indicaret. Sed plane aliud obſeruamus. Ex vetuſta medicorum methodo vbi experientia nil adhuc docuit, temere hoc vel illud tentatur donec vel miasmati ſpecifico remedium ſpecificum, vel morbis vniuerſalibus moderamen reperiatur: Sic in lue venerea, teterrima tunc temporis calamitate, non a Galenicorvm argutiis ſed a Paracelsi violentia mercurium accepimus: — mutata eſt in tetano balnei tepidi methodus in frigidam, nulla alia ratione ac vt tentetur contrarium cum in illa nil ſalutis eſſet: — in ea quae nunc ſaeuit febre flaua americana incerti pari modo hoc vel illud arripiunt medici, Vsct., emeticis et antigaſtricis, excitantibus mutuo tentatis. Sed vt inſignibus atque conſpicuis inſiſtamus neceſſe non eſt: quotidiana fere, quae diximus, experientia confirmantur. Si quis enim medicus nouus, praecep-

torum cum theoriis rite imbutus, medicinae exercendae accingitur, dum peculiarem eius rationem perſentiſcit, conſilii inops incertus haeret. Vti ab obſeruatione originem habuit, ita et per obſeruationem addiſcendam eſſe Praxin. magis magisque intelligens, illique quod peculiare eſt medicinae exercitio ſeſe accomodans, eandem intrare, qua longiſſimo temporis tractu Praxis proceſſit, viam atque rationem, longiſſimamque quantum poteſt breuiſſimo conficere temporis ſtadio ſtudebit. Quare nunc ſi cognouit, ea omnia quae de morborum natura et eſſentia ex theoria didicerit eſſe fictiones, (fictiones non phantaſmata dico) ea ratione vt phaenomena facilius explices ex hypotheſi poſitas, proptereaque ad Phyſicam quidem hominis pertinentes, nil autem ad indicationes quae ex illis deſumi poſſent facientes, dum ad artis ſuae principia recurret, viros adibit de Praxi meritos, qui ſummo obſeruandi acumine praediti obſeruationibus fructiferis inniſi ea ſolum quae aderant exhibuerunt, neglectis omnibus qui vana obſeruationum luciferarum cupiditate ducti, explicationes atque commenta theoretica immiſcent, ſicque ſenſum ſententiamque veram deprauant atque corrumpunt. Quod obſcure ſane perſenſiſcimus, cum illud ita decantatum ſit nos apud aegrotorum lectulos omnia quae theoretice ſci-

fcimus obliuifci debere. Cui vero fi recte intelligitur fenfus ille verus fubeft, quod tamen plerumque falfo ita intelligitur, vt neglectis omnibus quae et aetas aliena et tua vel viderit vel detegerit, coeco habitu et vfu acquiefcere poffis.

Si quis autem effet qui omnia hoc modo confieri neget, atque theoriarum in Praxi efficaciam exinde nobis opponat, quae (ex hypothefi quacunque de natura morbi pofita) Analogiae atque inductionis ratiociniis quaefita fint medicamina, effe haud raro reperta, ficque hypothefin euentu comprobatam — hanc rem probare noftram fententiam magis quam refutare contendimus. Quae illico nempe in oculos cadit praua eft argumentatio ex fortuito, vt faepe fit, euentu comprobatam iudicare hypothefin, fic v. g. adhibita ex fignaturis medicamenta fpem faepius non fefelliffe fcimus; cui autem rei quid veri infuiffe quis fanus inde concludet? Sed etiam recte argumentatum effe demus: quaeritur num hypothefis ifta fuiffet reiicienda fi opinioni euentus non refpondiffet? Quod fi negari nequit, cerni poteft illam antiquam tentandi viam, quaeque dixeris, hic effe intratam, tentamenque hypothefeos fpecie fuiffe tectum, qua ne nimis temere videretur periculum factum eft.

 Hic

Hic itaque Praxeos genius ita eſt ſui iuris, vt vel non recte perſpectus ſaepiſſime, vel falſa ſpecie obfuſcatus interdum, ſuam tamen quae ei ineſt naturae proprietatem et nolentibus multis obtrudat, et ignorantibus plurimis exhibeat. Videmus enim ſyſtematicos, qui pro ſeculo ſuo eruditione et cognitione ſumma praediti hominis phyſici phaenomenorum leges interpretari atque explicare conati ſunt, ſi ad aegrotorum lectos ſe receperint, non pertinaces inſiſtere decretis ſuis quae temporaria ſunt, ſed indulgentes Praxeos genio ſyſtema ſeponere tantisper, placitaque ſua ſubſtituere vere inuentis timentes, inconſtantia quidem aliqua ſibi ipſis repugnare hac re autem ipſa, quae eſt inter artis exercitium eiusque rationalem partem, nobis probare differentiam: ſic ingenioſus HOFFMANN in arte exercenda ſyſtema ſuum phyſico-mechanicum ſtricte non eſt ſecutus, ſed quae erat practici ſummi perſpicacitas, in morbis quid vires vitales neruique valeant non negligebat. 1) Quid autem quaeſo aliud niſi vt praxeos genio ſe accomodaret? A quo igitur viro aliisque aetatis cuiuscunque ſyſtematicis ſi obſeruamus, in morbis tractandis eandem fere ſeruatam eſſe methodum, (eoque magis

1) METZGER's pragmatiſche Literärgeſchichte der Medicin. §. 293.

gis quo quisque maior practicus) at in explicandis solum, pro iis quae quisque vel ex seculi sui scientia vel ipse diuerse cogitauerit, fuisse disputatum: —— si porro, vti morbi ipsi singuli naturam decursumque seruauere, ita et tractationem eandem inuenimus vt modo medicamentis nouis methodo antiqua curatum sit, dabitur nobis a Theoria non pendere praxin sed constitisse sibi neque a theoriarum vicissitudinibus quicquam passam fuisse. Quid autem si animaduertimus theorias inter se diuersissimas diuersis temporibus semper ita fuisse tortas, vt cum illis, quae in morbis tractandis docuit experientia, non solum congruerent, sed eo probabilior videretur quo magis quaeque congrueret — si porro negandum non est, eidem in morbis medendis methodo diuersissimas per hominum memoriam quaesitas esse rationes, vt quae explorata essent experientia quasi Canon fuerint opinionibus, nonne ex his concludere liceret, experientiam qua sola nititur Praxis id esse theoriis diuersis quod biblia sacra diuersis religionum sectis, quarum quaeque dicta probantia sua ex illis depromit?

Quodsi igitur liquet, non solum sibi constare Praxin, vt nil aliunde sumat, sed etiam ita esse sui iuris, quae nil aliunde ferat, vt Canon po-

potius atque norma ſit, ſecundum quam in arte exercenda opiniones atque hypotheſes quid quantumque valeant iudicari poſſit: cerni poteſt in eo quem explicauimus Praxeos conceptu, dari nobis modum rationemque ex qua ſingulorum virorum in Praxi valorem cenſere poſſimus. Cui enim conceptui quo propius in morbis medendis accedant, quo minus ad alia ad artem ipſam non pertinentia abeant, neque ea quae phyſica hominis ſunt immiſcent, et minus de luciferis explicationibus ſolliciti, (quae ſolum ex hypotheſi depromi poſſunt) fructiferis obſeruationibus inſiſtunt, eo magis et aegrotantibus et Praxeos ſtudio conſulunt. Hinc ea quae omnibus temporibus celebrata eſt praeſtantia ſcriptorum HIPPOCRATIS, m) ARETAEI quorundamque recentiorum SYDENHAM, BAGLIV etc. qui opinionibus quibusdam familiaribus quamuis addicti, tamen caverunt

m) "Hippocratis libri nil aliud ſunt quam purus Praxeos ſuccus." BAGLIV l. c. L. I. Cap. VIII. §. IV.

Hippocratis liber Aphorismorum eas continet ex plurimis obſeruationibus abſtractas veritates, quae regulae nunc faciendi agendique ſiunt. Quam quidem methodum etſi nunc relictam, praxeos naturae tamen maxime congruam iudicamus. Aphoriſtico enim ſermone, ſingulae quae repertae ſunt veritates, integrae atque merae poſſunt reddi, cum e contrario vt

verunt ne nimis in praxi illis indulgerent, eiusque quod obſeruando repertum eſſet opinando ſenſum corrumperent: quare, quae experientia duce obſeruauere cum omnibus temporibus obſervabuntur, exemplaria exhibent nobis nocturna verſanda manu, verſanda diurna. Eorum contra libri, qui ſecundum ſeculi theoriam obſeruabant omniaque quae deprehenderent ad dogmata referebant, quamuis laudanda quaedam contineant cum theoria iſta obliuioni dantur, aut ſi plura ſunt quae in iis nitent in quibus a theoria ſeſe expedierunt, cum delectu ſaltem legendi ſunt vt praetermiſſis plurimis inutilibus, ea quae vere frugi ſunt eruantur.

§. 6.

Ex his argumentis collectis inuenietur is, quem tam ſaepe nominauimus, genius praxeos Empirismus eſſe. Male apud medicos vocabulum empiriae acceptum eſt, quippe qui hoc nomine coe-

vt in ſermone continuo cohaereant, torqueri et verti ſaepius debeant. Quam autem vidimus, veritatum in praxi natura huic repugnat. Eae nempe vti ſingulae ſunt atque rhapſodiſticae nulla alia re niſi hypotheſi arbitraria poſſunt connecti; quod autem cum praxeos naturae, quae ſolum iis quae explorata habet nititur, repugnet, ad illa vituperata vitia ineuitabili modo hac re relabimur.

quare illis, quae istius denominationis splendore ducti homines vel deposcebant, vel pollicebantur, si euentus non respondebat, qui respondere non potuit, de arte incerta, fundamenti experte, vana, fallaci, speciosa semper sunt conquesti. Videre tamen est artis exprobrationes ex medicorum ipsorum culpa originem duxisse, qui nisi ipsi de artis indole falso iudicassent, suisque opinionibus et promissis nimis fisi essent, profecto homines in errores non duxissent. Quodsi igitur nulla ducti vana opinione affundendi speciosa denominatione arti splendorem, perspectam artis naturam etiam profitemur, veram tenemus viam atque methodum qua iactationes reprimamus, postulationibus resistamus, in iudicando homines cohibeamus, artique et fidem et dignitatem conciliemus. Si quis enim medicus quid praestare possit, quid sciat quae lateant et perspectum habeat ipse et aliis non reticeat, nunquam amplius nimis asseueranter contendendo, dictisque vel promissis non stando, opprobria subibit.

§. 7.

Incertitudinis itaque in arte medica species, quam non negamus, ex indole eius vel minus perspecta vel praue intellecta proficisci inue-

inuenitur, quae vero et dilucidata in ſe et liberata ab alienis habet quae et negari nequeant et quibus inſiſtat; ſunt veritates, ſunt ſigna certi, ſunt explorata. eſſe ſingula, pauca dicetur: quid? ſunt tamen quaedam. omnino igitur ab artis indole non excluduntur. quae vero ſi admittit, qui poteſt ars ipſa accuſari, quod plura eruta non ſint, quae erui poſſe vidimus? Si quis autem eſſet qui ea quae explorata habentur, cum demonſtrari nequeant certa eſſe neget, idque ſolum eſſe verum atque indubitatum affirmet quod demonſtratione poſſit probari, certitudinem ſane praxeos huius generis non eſſe concedimus. Quod tamen non eam ſolum tangit, ſed illa omnia quae ſenſus docent: in aegrotanti enim phaenomena quid ſignificent, medicamenta quid effecerint etc. cum ſenſibus percipi poſſit, quis neget ea quae in morbis accidere obſeruantur, pari modo certa eſſe habenda ac reliqua naturae phaenomena, quae ſi quis eſſe neget (Egoismus metaphyſicus) probari nequeunt. Qua autem dubitatione vti ſenſus communis non mouetur, qui nuntios certi ſenſus habet, ſic de arti inefficaci ratiocinando non conuincitur, qui efficaciam exploratam habet. Quare antiquam illam ſed egregiam medicinae cum agricultura

cultura comparationem p) paulo longius producere liceat, quarum haec vti ſanos vtilis ſemper ſuſtentauit, ſcientiae et demonſtrationis ſpeciem nunquam prae ſe ferens, ſic illa aegrotos ſalutaris ſanauit.

p) "Vt alimenta ſanis corporibus agricultura, "ſic ſanitatem aegris medicina promittit." Celsvs in praefat. ſtatim ab initio.